

→  
D E C R E T A  
C O N G R E G A T I O N U M  
G E N E R A L I U M  
S O C I E T A T I S  
I E S U.



ANTVERPIÆ,  
Apud JOANNEM MEURSIUM.  
M. DC. XXXV.  
SUPERIORVM PERMISSV.

# AD LECTOREM.



*Q*UONIAM septima Congregatio Generalis censuit typis esse mandanda Decreta Congregationum Generalium, non quidem omnia, sed pleraque, prætermiſſis videlicet iis, quæ privata tantum negotia continent; hinc factum est, ut duplex singulis Decretis adscriptus sit numerus: Prior maioribus characteribus descriptus, designat Decreta omnia, juxta Ordinem, quo sunt impressa: Posterior verò minoribus exaratus indicat seriem cujusque Decreti, prout in Autographo digeruntur. Prioris numeri unicus est usus: nam in Indice Decretorum ipsorum notantur Decreta, prout sunt typis excusa. Posterioris verò usus est multiplex. Nam quoties in Decretis

# DECRETA

## Primæ Congregationis generalis ante electionem.

I. In Ms. d. 1.



IE XIX. Iunii primâ Congregatio facta est, in quâ id solum statutum est, non esse alios expectandos præter Viceprovincialem Aragoniæ, qui vicinus erat: sed inchoandam esse Congregationem, quæ legitima & plena futura erat, licet illi abessent, qui evocati juxta Constitutiones fuerant: & quod petenda erat benedictio summi Pontificis, & ad id designatus est ipse P. Vicarius, cum P. M. Alfonso Salmerone: & eam obtinuerunt die sequenti.

*Non expectati  
absentes.*

*Benedictio  
Pont. petenda.*

II. In Ms. d. 2.

Vigesimâ primâ Iunii, post dictam benedictionem summi Pontificis, omnibus congregatis P. Iacobus Laynez Vicarius Generalis narravit quæ transacta fuerant post migrationem P. N. IGNATII, quod attinebat ad negotium generalis conventus. Et quia non omnino juxta Constitutiones ex Provinciis congregari potuerat Societas, in

*Vicarii oratio.*

*Defectus  
suppleti.*